

Nella medesima Antologia trovasi distinto dal sopraddetto Mecio, Mecio Quinto similmente Poeta Epigrammatario, di cui si legge un Componimento fatto à Paride Pescatore, che offerisce à Priapo.



Non men per la Poesia, che per gli Amori à lei portati da Alcmane famoso Poeta, v'è celebre Megalostрата Poetessa, di cui scrive Ateneo, che col dolce ragionamento inducea gli animi ad amarla:

*De Megalostрата, quam modice, & honeste amabat (Alcman) femina Versibus condendis, exercitata, qua suo colloquio facile irretiret Amatores, hac inquit:
Suavem hanc Musam dono dedit felix Virgo slav'a Megalostрата.*



Melampo fù Figliuolo d'Amitaone, e di Dorippe, e tra gl'Indovini più rinomati ottenne il suo luogo, di cui dice Suida:

Melampus. Divinationis peritus.

Fiorì Costui, secondo l'opinion del Patrizi, ne'tempi d'Ercole, e d'Orfeo, e poetò, e vaticinò, e anche operò cose maravigliose: Scrive il Patrizi:

Se Orfeo fù del medesimo tempo con Ercole, come veduto s'è, per la Scuola di Lino, e perche amenduni furono trali Argonauti; conviene, che Ificlo, che ad un Parto nacque con Ercole, nell'Età stessa vivesse parimente, e se ciò, medesimamente è forza, che Melampo, che ajuto diede al Fratel Biante, à menar via i Buoi ad Ificlo fosse ad Orfeo, e ad Ercole contemporaneo.

Erodoto in Euterpe, favellando de sacrifici di Bacco, e dell'Introduzion de'Sacrifici detti Fallici, scrive delle operazioni, e degli insegnamenti di Melampo:

Cur autem mentulam habeat iusto majorem, & unum Corporis membrum agitet, redditur ab eis ratio sacra: Adeunt jam Melampus Amytheonis Filius non imperitus hujus Saceri, sed peritus fuisse videatur. Siquidem Melampus fuit qui Gracis Dionysi Nomen, & Sacrificium, & Pompam Phalli enarravit, non tamen omnem plane rationem complexus. Verum ij, qui post hunc extiterunt Sophista, rem in majus explicaverunt. Itaque Phallum Dionyso missum narrandi Melampus Author existit, à quo edocti Graci faciunt ea, que faciunt. Equidem Melampodem Virum fuisse sapientem ajo, Divinationemque sibi ipsi comparasse: Eundemque cum alia multa ab Ægypto accepta Gracis enarrasse, tum verò nonnulla de Dionyso, tamen commutata.

Plutarco, dove ragiona della malignità d'Erodoto, scrive, che siccome in molte cose fù mendace, in questo luogo, e in altre materie de'Persiani, e de' Greci fù simile à se stesso:

Idem Herodotus, ut sibi similis maneret, Persas, ait à Gracis violationem masculi sexus didicisse. Atqui Gracis Persa hujus impuritatis Minerval debent, apud quos fere omnes alij Scriptores consentiunt mares fuisse exectos antequam Gracum illi attigissent mare. Gracos autem didicisse ab Ægyptijs pompas, solemnes festivitates, & cultum horum XII. Deorum Dionysi quoque Nomen, (is est Bacchus) Melampodem ab Ægyptijs didicisse, & alios Gracos docuisse.

Lo

Lo stesso Erodoto in Calliope narra, che Melampo per sanar le Donne Argive avesse dimandato lamerà del Regno per mercede, à cui negata parimente dagli Argivi, furon poi costretti per riparo del Male à dare à Melampo maggior mercede:

Melampus cum ab Argivis mercede conduceretur, e Pylo ad compefcendum morbum furoris Mulierum Argivarum, deposcebat pro mercede dimidium Regni. Recusantibus id Argivis atque digressis, cum plures e Mulieribus insanirent, ita obtemperantes, quod Melampus poposcerat datum reverterunt, Ibi ille cernens hos esse immutatos, plura optavit, negans se induliturum, qua vellent, nisi & Fratri suo Bianti tertiam partem Regni donaissent. Argivi in arctum redacti hoc quoque annuerunt.

Che Melampo fosse stato ancora un gran Medico, ne parla Virgilio nella Georgica in quel Verso:

Phillyrides Chiron, Amythaonisque Melampus.

Paufania non allontanandosi da' sentimenti di Erodoto, dice:

Furor feminas invasis, ut cum intra domesticos parietes contineri non possent, per totum agrum Palantes vagarentur. Inventus tandem est Melampus Amytheonis Filius, à quo sanate sunt. Ei Anaxagoras ita gratiam retulit, ut aquis cum eo Fratreque ejus Biante partibus Regnum communicaret.

Ne lasciò di mentovarlo Omero nell' Odissea, come Indovino:

*Peregrinus fugiens ex Argo Viro interfecto
Vates, at genere Melampodis proles erat.*

Fù così grande poi la stimazion di Melampo, che non mancaron Templi al suo Nome, onde scrive il medesimo Paufania:

Ægibbanis Melampodis Amythabnis Filij Templum est, & in eo non magni utique Viri signum columna insistit. Melampum sacrum faciunt, & Festum diem quotannis celebrant. Futura vero predicendi, neque e Somnijs, neque ex alia ulla ratione, ei scientiam tribuunt.

Molte furon le Opere, che in Verso compose, che dal Giraldi leggonfi citate:


Fuit re vera Melampus inter Vates, & Poetas ante Homerum vetustissimos connumeratus, nam multis Versuum millibus de Saturno, de Raptu Proserpina, de Cereris luctu, eiusque Mysterys perscripisse traditur, & cum his etiam de Titanum pugna adversus Jovem, & de Aegyptiorum Sacris: Quin etiam, ut quidam existimant, ab ipsis Aegyptijs Dionysij Sacra ad Gracos advexit. Quadam quoque de Observatione dierum ab ipso Melampode tradita in Commentarijs Theonis in Hesiodum legimus. Artemidorus Melampodis quoque Libros commemorat in quarto Onirocriticon, de Monstris, & Signis, & de Muribus.

Da Melampo nacque finalmente, trattandosi di cose oscure, l'Adagio:

Melampode opus.



MELANIPPIDE.



Nacque, ò pur fiorì, secondo si scrive intorno alla sessantesimaquinta Olimpiade Melanippide Poeta, detto Melio Figliuolo di Critone. Scrisse Melanippide con felicità d'ingegno più Libri di Dittirambi, alcuni Poemi in Verso Eroico, molti Epigrammi, molte Elegie, e altre Opere, siccome narra Suida:

Melanippides, Critonis F. Melius, natus Olympiade LXV. Scripsit autem Dithyramborum plurimos Libros, & Poemata heroico Versu, & Epigrammata, & Elegias, & alia Plurima.

Vien Costui citato da Ateneo, e'l Giraldi scrive, che malamente Melanippide è appellato Milesio invece di Melio:

Hunc sequebatur Melanippides, Critonis Filius, qui & ipse, ut Diagoras, Melius, non ut quidam scribunt, Milesius fuit.

☉☉☉ M E L A N I P P I D E . ☉☉☉

Melanippide ancora chiamossi un'altro Poeta Lirico , che fù Figliuolo d'una Sorella del sopraddetto Melanippide , e di questi seguìto la traccia. Scrisse questo secondo Melanippide Cantici Lirici, e Ditirambi . Vissè nella Corte del Rè Perdicca, e ivi terminò la Vita. In Suida similmente trovasi di lui :

Melanippides , Superioris ex Filia Nepos, Critonis vero F. qui & ipse Lyricus fuit, qui in Dithyramborum modulatione innovavit plurima. Cum autem apud Perdiccam Regem degeret, illic Vitam finivit. Scripsit, & ipse Cantica Lyrica, & Dithyrambos.

Il Patrizi vuol , che di questo Melanippide fuisse Padre un Critone Poeta Lirico , e che il primo Melanippide fosse stato quel Poeta caro al Re Perdicca . Il Vossio anch'egli porta Suida à sua ragione , e distinguendo i Melanippidi , e portando l'ordine dell'Olimpiadi , dice , che fù il Melanippide Giovane , che fiorì ne' tempi di Perdicca Re di Macedonia , il quale cominciò à regnare intorno all' Olimpiade ottantefima , dove l'altro Melanippide fiorì nell'Olimpiade LXV. se pur non ha luogo l'esser nato nell'Olimpiade LXV.

Circa Olympiadem LXXX. imperare cepit Perdiccas Macedonia Rex, & imperium usque ad extremam Olympiadem LXXXVIII. qua Archelaus ei successit. Hujus Perdicca temporibus, Suida teste, claruit Melanippides Junior, qui Lyricos, & Dithyrambos reliquit: Natus e Sorore ejus Melanippide, itidem Lyrici, de quo in Olympiade LXV. dicebamus.

Carlo Stefano medesimamente dopo haver parlato di Melanippide Melio , scrive di Melanippide Nipote per parte di Figliuola :

Melanippides, Poeta Melius genere, scripsit Dithyrambicorum plures Libros, & Poemata Lyrica, & Epigrammata, & Elegos. Hujus ex Filia Nepos Melanippides, Junior item Poeta, scripsit Lyrica, & Dithyrambica. Vixit, mortuusque est apud Perdiccam Regem Macedonia.

☉☉☉ M E L A N O P O C U M A N O . ☉☉☉

Melanopo detto Cumano fù un Poeta antichissimo, il quale dopo di Oleno cantò le lodi di Opi , e di Ecaerge , e di lui scrive Pausania :

Post Olenem Canticum Melanopus Cumanus in Opin, & Hecaergen decantavit, quo & ipsas testatus est prius in Achajam, & Delum ab Hyperboreis venisse.

☉☉☉ M E L A N T I O . ☉☉☉

Portò Nome questo Melantio di Poeta Tragico , ed Elegiografo , e fù libero non men di lingua , che avido di mangiare . Son da Ateneo citate in più d'un luogo le sue Opere. Vissè ne' tempi di Cimone, e fù suo familiare, siccome si narra . Plutarco nella Vita di Cimone fa di lui menzione , e d'alcuni Versi in lode di Cimone. De' suoi costumi dice il Giraldi :

Fuit vero Melanthius voracitatis, & adulationis crimine, seu palpi suo tempore incusatus. Addit etiam Suidas, & ipsum muliebria pati consuevisse.

Scrivon altri , che'l Tragico sia differente dall'Elegiografo ; ma in Ateneo si legge:

Eodem ingenio fuit, & Melanthius Tragicus, qui etiam Elegias composuit.

Il Vossio osservando questa diversità , scrive :

Simleriana Epitome Tragicum, & Elegiacum diversos facit; sed causam non video.



M E L E A G R O.



Celebre Componitor d'Epigrammi fu Meleagro, Figliuolo d'Eucrate siccome cavali da' Versi d'un' Epigramma della Antologia :

*Eucratis Filius Meleager, qui dulcilocrumem amorem,
Et Musas hilaribus ornavit gratijs.*

Vissè ne' tempi di Menippo Filosofo, secondo Laerzio, dove ragiona di Menippo:

*Edidit quidem dignum memoria nihil: at ipsius Libri multo risu referti sunt, non secus
atque Meleagri, qui tempore eius fuit.*

Ateneo citollo in occasion d'un discorso :

*Hoc autem an ob eam causam propter quam, ut in opere quod Gratias vocavit, scribit
vester Avus Meleager Gadarensis, Homerus genere Syrus Patria sua more priscos
Heroas piscibus abstinnisse fingit, cum eorum magna sit in Helleponto copia.*

Hebbe moglie, e quanto l'amasse, chiaramente si scorge da un suo Epigramma composto come Pataffio, di cui scrive Vincenzo Ossopeo Chiosator dell'Antologia, e del detto Epigramma :


*Haud dubie Meleager omnium Epigrammatariorum vetustissimus, hoc Epitaphium in
suam ipsius uxorem composuit. Est enim plenum maximis, & ardentissimis affectibus
quibus non nisi erga nobis charissimos moveri, & affici solemus.*

Della sua Patria, della sua gioventù, e dell'altre sue Azioni hassi memoria in un suo Epigramma composto, essendo già vecchio, che trovali nell'Antologia.

*Insula mea nutrix Tyrus. Patria vero me genuit
Attica, in Assyrijs habitata Gadaris.
Eucrate natus sum cum Musis Meleager,
Primo Menippeis concurrens Gratijs.
Quod si Syrus quid mirum? Vnam, hospes, Patriam Mundum
Habitamus: Vnum mortales omnes genuit Chaos.
Annosus vero hec exaravi in Libris ante sepulchrum,
Senectus enim vicina proxime Orci.
Sed me loquacem, & senem tu compellans,
Salve dic, ad senectutem, & ipse pervenias loquacem.*

Volle Meleagro, che questo Componimento gli servisse di Pataffio; onde Vincenzo Ossopeo nella sua Chiosa dice :

*Hoc Epitaphium, Meleager ipse sibi iam senio confectus scripsit, quo & totam Vitam suam
cum genere, Patria, & Parentibus explicat.*



M E L I S S A N D R O.



Melissandro antichissimo Poeta scrisse la battaglia de' Lapiti, e de' Centauri, siccome narra Eliano nella Varia Storia :

Melissander Lapitharum, & Centaurorum pugnam literis prodidit.

Dal Patrizi è posto nel terzo Secolo de' Poeti.



M E L I T O A T E N I E S E.



Intorno all'Olimpiade LXXXIV. ò pur come altri vuole XCV. Fiorì Melito Figliuolo di Lario Oratore, e Poeta Tragico, e freddo Componitore dagli Scrittori appellato. Questi fu quel, che con Licone, e Anito accusò Socrate. Vien da Aristofane deriso, e da Platone, come Huom. malo descritto. Scrisse Tragedie, e altre Opere. Da Eliano è menzionato, dove ragiona degli Huomini magri :

*In vulgus abiit horum Virorum nimia tenuitas: Sannyrionis Comici Poeta, Militi Tra-
gici, Cinezia circularium saltationum Poeta, & Phileta Heroici.*

Ma ritornando all'accusa, à cui Socrate con intrepidezza risponder seppe, dice Plutarco nel Libro della Tranquillità dell'Animo :

Pro-

Proinde invidi quod ad futura attinet atque animosi, fortuna his verbis respondebimus, qua Socrates visus in Anytum, & Melitum dicere, in ipsos torfit Judices; Interficere me Anytus, & Melitus possunt, nocere mihi non possunt.

Suida in due luoghi narra le Opere, l'accusa contra Socrate, e l'infelice morte di Melito.

Melitus Tragedia Poeta frigidior. Et Aristophanes in Ranis pa. 180. v. 18, & 19. Schol. annot. 11. & 12. Hic vero ab omnibus quidem anfert meretricijs Scholijs Meliti, & Caricis Carminibus. Hic est ille, qui Socratem accusavit. Carpitur autem a Camicia, ut in Poesi frigidus, & improbans ingenio, Carica vero Cantilena, & Carmina fuerunt lugubria. Melitus, Lari F. Atheniensis Orator. Hic Socratem accusavit cum Anyto. Fecit, & Tragedias. Lapidibus autem obrutus fuit ab Atheniensibus. Fuit temporibus Zenonis Eleata, & Empedoclis. Scripsit de Ente. In Reip. administratione adversatus est Pericli. Et Samiorum Dux navali pralio pugnavit cum Sophocle Tragico, Olympiade LXXXIV.

Il Girdali, havendo raccolto dagli antichi Scrittori non poche cose di Milito, scrive così:

Hos sequebatur Melitus Larij Filius Atheniensis, Tragicus Poeta, parum incitatus, & vehemens: quare apud Gracos est subfrigidus dictus. Hic cum Lycone, & Anyto, Democrati Philosopho sapientissimo diem dixit, quo judicio Socrates cicuta hausta perijt, ut res est notissima apud Platonem, & M. Tullium, & alios. Describitur certe ita a Platone Melitus in Eutyphrone: Juvenis, ait, quidam ignobilis esse videtur vocant illum (ut puto) Melitum, ex Pitheo populo, si quem tu Pitheum Melitum. noscis, prolixis deciduisque capillis, aquilino & incurvo naso, barbaque rara: Hec Plato: Quibus verbis prater ironiam, signa quoque quasi physiognomi cujuspiam cognoscimus, describentis hominis superbissimi, insidissimique improbitatem atque audaciam. Irridet, & Melitum Aristophanes, eiusque Scholia, que sunt carminum genera a cithara sic vocata, ut nobis Author est Diomedes, de quibus in primo sermone actum est abunde, & a Plutarcho in Musica: tamen si aliter Erasmus. nuncupavit, que lugubria sunt, & flebilis Carmina, de quibus & Suidas, Pollux, & Athenans. Sed cum non multo post Athenienses quantum Republica detrimenti ex nece Socratis provenisset, cognovissent, Melitum ipsum lapidibus obruerunt, ut Suidas scribit: Ut vero Laertius, & alij neci tradiderunt. Fuisse autem Melitum abusque Eleata Zenonis temporibus, & Empedoclis legimus: quo factum est, ut eum natu grandiore fuisse existimem, cum Socratem accusavit. Reponitur vero etiam a Gracis Melitus inter Ratores. Scripsit prater Fabulas de eo quod est, & si placet, de Ente. Egit & pro Samijs imperatorem, & contra Sophoclem Poetam navali pugna conflixit, Olympiade circiter quarta, & octogesima Gessit, & Rempublicam adversus Periclem.

I N C E R T I.

*Carmina qui tragice panxisti culta, Melite,
Et mortem Tragicus concinit ecce tuam.*



MELITONE VESCOVO SARDIANO.



Ammiroffi in questo grand' Huomo Santità, e Dottrina in que' primi tempi della Cristiana Reglione, e stimasi che fosse stato un de' più facondi Scrittori dell' Età sua, e di grandissimo beneficio allora à Santa Chiesa. Fù egli Vescovo Sardi- diano, e travagliò molto non solo in mantener, e accrescer la Fede; ma con gli Scritti, e con la Eloquenza, quella intrepidamente difese. Fiorì sotto M. Antonino Vero, e alcuni l'han creduto non solamente Filosofo, e Teologo; ma Poeta ancora, e Componitor d'Elegie. Eusebio, che di lui largamente ragiona, e delle di lui Opere lasciar volle memoria, scrive così nella Storia Ecclesiastica:

In eorum numero, quos supra citavimus fuerunt Melito Sardenfis Ecclesie Episcopus, & Apolinarius Episcopus Hierapolytana Ecclesie, qui per magna Fama celebritate floruerunt: quorum uterque separatim Librum pro Fidei nostra defensione Romanorum

Im-

Imperatori (quem antea suo tempore memoravimus) dicavit. Ex Operibus, quae isti duo conscripserunt, haec quae sequuntur ad nostram pervenere notitiam. Primum Melitonis duo de Paschate Libri: Alius de recta Vita (Christiana Institutione: De Prophetis alius: Liber item de Ecclesia: Alter de Die Dominico. Est praeterea ejusdem Liber de Natura Hominis, de ejus Creatione, de Obedientia Fidei, de sensuum Sedi- bus. Istis accedit Liber de Anima, & Corpore: Inter quos est etiam Liber de Lavacro regenerationis, de Veritate, de Fide, de Generatione Christi. Liber etiam ejusdem de Prophetia, de Hospitalitate: Vnus item, qui Clavis inscribitur: Alius etiam de Diabolo: Alius de Apocalypsi Joannis, de Deo Incarnato. Postremo Liber ad Antoninum scriptus. In Libris quos de Paschate confecit, tempus quo illas scripserit, in ipso illo- rum exordio his verbis refert: Cum Servilius Paulus esset Asia Proconsul (quo quidem tempore Sagaris martyrii corona donatus fuit) magna apud Laodiciam orta est contro- versia de Paschate: quod quidem Festum forte eodem temporis articulo, quo oriebatur controversia, incidit. Atque illis ipsis diebus etiam ista a me de Festo illo fuere perscrip- ta. Hujus Operis meminit Clemens Alexandrinus, in Libro suo de Paschate conscrip- to: quem se contexuisse memorat, ansa scribendi ex Melitonis Opere arrepta. Idem Melito in eo Libro, quem Imperatori dedicavit, ejusdem quadam mala contra nos eo regnante patra narrat: Jam quod nunquam antea accidit, totum genus piorum Ho- minum, qui se divino cultui penitus addixerunt, persecutione affligitur, & novis Edi- ctis per universam Asiam promulgatis exagitur. Nam impudentes, & protervi Ca- lumniatores, atque adeo alienarum rerum appetentes, ex his Edictis occasionem nacti, palam noctu atque interdum furantur eosque expilant qui nihil cuiquam omnino intu- lerunt injuria. Et paulo post ait: Quod si te precipiente hoc sit (justus enim Imperator, & Rex, non injusti quicquam aliquando consilio statuit) sit sane recte factum, atque ejusmodi mortis praemium lubenti animo perpetimur. Istam tamen unam tibi supplices petitionem offerimus, ut tu ipse primum authores talis contentionis, & dissidii dispiciē- dos cures: deinde recto judicio decidas, mortemne ac supplicium, an salutem, & secu- ritatem sint promeriti. Sin vero istud consilium, hocque novum decretum tua autho- ritate minime sancitum est (quod plane ne contra crudeles quidem, & barbaros hostes statueret, aequum est) multo magis te obsecramus, ne tam aperto latrocinio nos spoliari permittas. Quibus item subjungit: Divina, quam nos excolimus, Religio antea inter Barbaros insigniter viguit: qua cum apud gentes tuas, praclaro, & eximio Augusti Regno, a quo paternum duxisti genus, floreret, ipsi Imperio quo tu potiris, cum primis fausto, ac felici presidio fuit. Nam ex eo tempore Romani Imperii fines magna cum am- pliudine, & splendore dilatati sunt: cui tu non modo jam Successor fortunatus es, sed etiam cum Filio futurus es, modo divinam illam Religionem tuearis, qua simul cum Augusti Regno apud vos cum incœpta, tum una cum Imperio enutrita accrevit: quam plane Majores tui praeter aliarum Religionum ritus, quos observabant, magnopere co- lucrunt. Atque quod nostra Religio Imperio tam praclare cœpto maximo plane adiu- mento, & commodo fuerit, illud certissimo argumento esse paterit: nempe quod ab Au- gusti Regno hactenus nihil rerum adversarum in ventum est, sed contra omnia cū sum- mo splendore, & ampliudine prospere, & ex animi cuiusque sententia processerunt. Et quanquam Nero, & Domitianus, soli inter Imperatores omnes, invidorum quorundam, & malivolorum hominum suavis adducti, nostram Religionem ignominia, & obrecta- tioni exponere studebant (quorum perditio conatu falsa ista, & maliciose criminatio cō- tra Christianos, & ad aures hominum allapsa est, & temeraria ac vesana consuetudi- ne continuata) illorum tamen inscitiam, & amentiam pij, & religiosi tui Patres, Ma- joresque coarguentes, saepe eos qui contra istos pia Religionis, & Doctrina Professores aliquid novi moliri audebant, modeste, & prudenter per Edicta correxerunt. In quo- rum numero est Adrianus Anus tuus, quem cum alijs multis, tum Fundano proconsu- li, Asiaeque Praefecto, literas in gratiam Christianorum scripsisse constat. Tuus itē Pa- ter (qui cum una tu summam rerum eo tempore administrabas) tum ad alias Civitates generatim, tum ad Laryssaos, & ad Thessalonicenses, ad Athenenses, & ad omnes de- nique Gracos, nominatim mandata per literas delegavit, ne quid novarum rerum con- tra nos Christianos aliquando edere molirentur. Te igitur multo potius omnia facturū, quae a tua benignitate postulamus pro certo sumus persuasi: quippe cū de his hominibus non eandem solum cum majoribus sententiam, & mentem, sed etiam multo humaniorē, & divina sapientia studio magis deditam teneas. Ista posita sunt in eo Opere, de quo supra docuimus. Idem Author praeterea in Proœmio Operis sui, quod breves, & sele- ctas Sententias ex Scripturis de promptas continet, Librorū Veteris Testamenti, qui sunt

sunt omnium constante autoritate comprobati, Catalogum citat, quem quidem isto loco ad verbum percensere necessarium duximus.

Melito Onesimo Patri S.

Quoniam saepe numero incredibili studio erga verbum Dei incensus, a me vehementer flagitasti, ut quosdam breves, & selectas sententias ex Lege & Prophetis de Servatore, & universa Fide nostra excerptas, tibi contexerem: Et item librorum Veteris Testamenti accurate cognoscendorum cupiditate incitatus, quorum numero sint, & quo ordine collocati, magnopere scire expetivisti. Cum & studium tuum erga Fidem, & cognoscendi aviditatem erga verbum Dei, pro certo intelligerem: Et quod pro aeterna salutis corona strenuè instar Athleta decertans, istas res ob desiderium illud quo erga Deum exardeas, maxime omnium praefere videare: Illud plane cum tale, & tam fructuosum cernerem, cumulate quoad poteram perficere elaboravi. Proinde in Orientem iter suscipiens, & eo usque loci proficiscens, ubi haec, & praedicata, & gesta fuerunt, cum accurate a quibusdam de Veteris Testamenti Libris didicissem, illorum nomina hic subscripta ad te misi, quae sunt haec: Moysis quinque, Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium. Jesus Nave, Judices, Ruth, Regum, seu Regnorum Libri quatuor, Paralipomenon duo, Psalmi Davidis, Salomonis Proverbia, Sapientia, Ecclesiastes, Canticum Canticorum, Job: Prophetarum Libri, Esaja, Hieremia, & duodecim Prophetarum Scripta in uno Libro separatim contenta, Daniel, Ezechiel, Esdras: Ex quibus breves, & selectas quasdam sententias excerptimus, easque in sex Libros dispersivimus. Tot Libri dicuntur esse Melitanis.

Il Cardinal Baronio, dopo haver portato tutto ciò che si legge in Eusebio, e in altri Autori, scrive così di Melitone, il qual fu Eunuco:

Quod vero in Libro de Paschate Melitonem meminisse ait de Sagar Martyre: fuisse hunc Laodicea Episcopum, ac illustri Martyrij obijisse certamen, restat Polycrates Episcopus Ephesorum, qui & de Melitonis exitu meminit, dicens; Quid attinet dicere de Sagar Episcopo, & Martyre, qui Laodicea mortem oppetijt? Quid porro beatum Papyrium, & Melitonem Eunuchum recenseam, qui Spiritus Sancti instinctu affatus totum Vita sua tempus pie sancteque exegit, qui Sardis tumultu conditus est, expectans Christi e Caelo ad universam carnem visitandam adventum, ex quo ex Mortuis resurget.

Quantunque lungo sia stato il raccontamento dell'altrui autorità, necessario è paruto, per dar ragguaglio non men della Santità, e Dottrina di Melitone, che delle Opere da lui composte; mentre più creder si può Poeta per lo molto, che seppe, che per le Opere, che appajono intorno alla Poesia; Ma vediamo in ciò l'osservazione del Giraldi:

Melitonem quoque Asianum, quidam Christianum Poeta credidero, quod apud D. Hieronymum, & Sophronium legerunt, eum Eclogon, id est, Eclogarum Libros sex inter ceteros reliquisse: licet in plerisque exemplaribus pro Eclogarum, Elegiarum perperam legatur. Fuit vero Melito Sardinorum Pontifex, cuius, & Eusebius in Historia meminit, qui & ipse eum Eclogas, non Elegias scripsisse prodidit. Quod & Rufinus Aquilejensis fatetur, quippe qui in Eusebij translatione excerpta testimonia Latine vertit, sacrorum videlicet Voluminum.



MENANDRO ATENIESE.




D'un'antico Poeta Comico Ateniese nominato Menandro ne dà notizia Suida:

Menander, Atheniensis, Comicus antiquus.



MENANDRO ATENIESE.



Anche Ateniese fu quel tanto celebrato Menandro, che Principe de' Poeti Comici della nuova Commedia vien da molti appellato. Fu egli Figliuolo di Diopiti, e di Egesistrate, e siccome fu losco d'occhio, altrettanto fu luminoso d'ingegno; onde per le sue invenzioni, per la sua fecondità, e per lo piacevol modo del suo comporre acquistò titolo di Poeta senza pari della nuova Commedia. Visse in tal

ma-

maniera dedito a' donneschi Amori, che nulla più. Amò affai Glicera, di cui fa /menzione Ateneo:

Menandro Poeta Glyceram amatam fuisse norunt omnes.

Suida dopo havere scritto del primo Menandro, antico Poeta Comico, scrive di Costui:

Et Menander alius Atheniensis, Diopithis, & Hegesistrates F. De quo multus est apud omnes rumor. Nova Comædia Poeta, Strabis quidem oculis praditus: sed acutum ingenium habens, & insanus Mulierum Amator.

Apparò Menandro da Teofraсто, secondo leggesi in Laerzio nella Vita di Teofraсто.

Fuit autem Theophrastus Vir summa prudentia studijque singularis, atque, ut scribit Pamphila trigesimo Commentariorum Libro, Menandrum ipsum Comicum instituit.

Narrasi, che da lui tolto l'uso della maladicenza aperta, e l'occulta mordacità, con altra invenzion di Nomi finti si fosse renduto Inventore della Nuova Commedia, in cui godendosi del mottegevole, del ridicolo, e del grave, servisse questa di Macfra di costumi. Furon così ben vedute le sue Opere, che leggesi nell'Antologia sotto nome d'Incerto questo Epigramma à lui composto:

*Ipsa tibi in os confederunt apes
Varios Musarum flores decerpentes:
Ipsa, & Charites tibi dederunt Menander,
Suavem dexteritatem: sabbulis imponere.
Vivis vero in Seculum. Gloria vero est Athenis
Ex te, qua caelestes attingit fines.*

Provò Menandro ne' Certami anche l'amarezza delle perdite; onde posta in non cedere la tolleranza, disse un giorno à Filemone, che dovea vergognarsi di restar Vincitore, secondo scrive Gellio:

Menander à Philemone nequaquam pari Scriptore in Certaminibus Comædiarum, ambitu, gratiaque, & factionibus sæpe numero vincebatur: eum cum forte habuisset obviam, queso, inquit, Philemon, bona venia dic mihi, cum me vincis, non erubescis?

Si scrive, che amico affai caro fosse stato di Demetrio Falareo, e che'l nodo dell'amicizia fosse stato sì grande, che narra Laerzio nella Vita del detto Demetrio:

Quum vero accusaretur Athenis Menander Comicus (nam & hoc audio) parum abfuit quin capitis exciperet sententiam, ob aliud nihil nisi quod amicus hujus esset. Purgavit autem eum Thelephorus Demetrii Gener.

Non men l'amicizia, che gl'insegnamenti hebbe anche d' Alesside Poeta, e narrasi, che non poche cose rubato haveffe Menandro dagli Antichi Poeti. Il Giraldi servendosi in questo dell'altrui autorità, scrive:

Sunt qui Menandrum dicunt cum Alexide Poeta versatum, à quo fuerit in Fabulis faciendis edoctus. Antiquorum vero Poetarum eum furem fuisse Eusebius, & Porphyrius prodidere: quin, & ejus rei gratia ab Aristophane insigni Grammatico ejus amico sæpe admonitus fuit, qua de re Cratinus sex Libros edidit, quos de Menandri furtis inscripsit.

Ma lasciando ciò che l'altrui penna contro Menandro hà scritto, leggesi, che il di lui Nome in molta stimazione era ne' Rè di Macedonia, e d'Egitto: Ma udiam Plutarco nella Comparazion d'Aristofane, e di Menandro:

Si quis vero primas Menandri Fabulas cum medijs, & ultimis comparet, judicare poterit, quanta fuisset additurus si diutius vixisset. Item Poetarum Comicorum alios in scribendo Populo, & multitudini se accommodare, alios paucis: non facile ex omnibus inveniri, qui utrique generi se applicuerit. Sed Aristophanes neque Plebi placere, neque ferri à prudentibus potuit. Nam Poësis ejus similis est meretricis, que aetate jam ultra vigorem progressa matronam imitans, neque fertur à vulgo hominum ob insolentiam, & graves homines impudicitiam ejus maliciamque abominantur. Contra Menander cum venustate quadam ubique se gratum aptumque exhibuit, in Theatris, Colloquijs, Convivijs: suamque Poësin ita composuit, ut esset communissimus omnium

V u

qua

qua Gracia tulit bonorum commentarius, qui legeretur, disceretur, & certatim ageretur. Ostenditque adeo quanta res esset dexteritas dicendi, ubique vi persuadendi inevitabili incedens, omniumque auditum, & intelligentiam Græcæ Lingua sibi subjugans. Cujus enim rei gratia vir recte institutus venire dignaretur, quam propter Menandrum? Quando implentur Theatra Viris eruditionem amantibus, quam cum comica ostenditur persona? cui in convivijs justius mensa cedit, locūq; Bacchus dat? Jam sic ut Pictores oculis defessis ad floridos, & virides se avertunt colores, ita Philosophis, & laboriosis requies gravium, atque continentium meditationum est Menander, tanquam prato pulchre florenti, & opaco atque aure pleno excipiens animum. Item Cum hoc tempus aētores comædiarum multos bonosque Vrbs ferat: Menandri Comædiæ plurimos habent sacrosque sales, tanquam eos natos mari, quod Venerem protulit. Aristophanis autem sales amari, & asperi, acrem, & mordentem, adeoque exulcerantem vim habent, ut nesciā ubi sit illa ab ipso decantata dexteritas, in verbisne an personis? Quin etiam quæ imitatus est, corrumpit. Calliditatem facit non civilem, sed maliciosam: Rusticitatem non cantantem, sed fatuam: Jocos non qui rideantur, sed derideantur: Amores non hylares, sed impudicos. Nulli enim moderato videtur is Homo suum Poema scripsisse; sed turpia, & libidinosa intemperantibus, maledica, & acerba invidis atque malignis Hominibus.

Ma udiamo ancora Quintiliano nelle Istituzioni Oratorie:

Hunc, & admiratus maximè est (ut sapè testatur) & secutus, quamquam in opere diverso, Menander: qui vel unus, meo quidam judicio, diligenter lectus, ad cunctaque præcipimus, effigenda sufficiat: ita omnem Vita imaginem expressit: tanta in eo inveniendi copia, & eloquendi facultas: ita est omnibus rebus, personis, affectibus accommodatus. Nec nihil profecto viderunt, qui orationes quæquæ Charisij nomine eduntur, à Menandro scriptas putant. Sed mihi longè magis orator probari in opere suo videtur, nisi forte aut illa mala judicia, Epitreponas, Epicleros, lectos habent: aut meditationes in Sophode, & Nomosethe, & Hypobolimeo, non omnibus oratorijs numeris sunt absoluta. Ego tamen plus adhuc quiddam collaturum declamatoribus puto, quoniam his necesse est secundum conditionem controversiarum plures subire personas, patrum, filiorum, maritorum, militum, rusticorum, divitum, pauperum, irascentium, deprecantium, mitium, asperorum: In quibus omnibus mire custoditur ab hoc Poëta decorum. Atque illa quidem omnibus ejusdem Operis Authoribus abstulit nomen, & fulgore quodam sua claritatis tenebras obduxit.

In un Componimento, che si legge nell'Antologia osservansi e le lodi del Poeta, e la di lui varia mescolanza nelle Commedie:

*Stabat Menander, qui bene turritis Athenis
Nova Comædia lucem ferens eminebat stella.
Mularum enim amores confinxit Virginum,
Et gratiarum famulos generavit filios Jambos
Rapaces, insanos, furtivi concubitus,
Miscens gravem amoris dulcis florem cantilene.*

Intorno all'Opere Comiche composte da Menandro, variamente si scrive: Apollodoro portato dal Giraldi, vuol, che sieno cento e cinque in que'Versi:

*Cephiensis genere, Dioperthe Patre,
Qui quinque supra centum scribens Fabulas,
Est morte functus quinquies annos decem.
Et quinque natus.*

Altri vuol, che sia stato il numero cento e nove. Suida scrive cento e otto, facendo anche menzione d'altre Opere:

Scriptit Comædias CVIII. & Epistolas ad Ptolomæum Regem, & alias plurimas Orationes prosa.

Nel Catalogo poi d'Ateneo trovansi queste registrate: Fratelli, Pescatore, Pesci, Androgine, Consobrini, Nuncio di Cose inudite, Tibicini, Dattilo, Demiurgo, Gemini, Moroso, Tormentator di se stesso, Enchiridio, Accensa, Tutori, Prima Epiclero, Efesio, Efesij, Eroè, Taide, Infuriata, Infuriato, Trofilconte, Carina, Cartagine, Cccrifalo, Citarista, Adulatore, Clivi, Lennie, Odiatore di Donne, Vbbriachezza, Nocchiero, Legislatore, Ira, Meretrice, Deposito, Campo, Percintia, Venale, Venali, Trofonio, Vertenti, Idria, Imni, Subdirizio, Fania, Fano, Fannio,

Fannio, Spectro, Filadelfi, Officine di bronzo, Fallo Ercole. Intorno a' tempi, ch'egli fiori, narrafi, che fosse nato nell'Olimpiade CIX. e che fosse morto nell'Olimpiade CXXI. Del Sepolero di Menandro fa memoria Pausania:

Vie adiuncta sunt Virorum minime ignota Sepulcra, Menandri Diopithis Filij, & Enripidis, illud quidem honorarium.

D I O D O R I

*Qui Baccho, & Musis fuerat cura Diopithas,
Cetropidena sub mo, hospes, Menandrum habet.
In igna paruum cinerem qui habet. Si vero Menandrum
Queris, invenias in Javis, aut Reatorum Domo.*

M E N A N D R O

Di quest'altro Menandro Poeta Comico, che fu Padre d'Alessi Turio similmente, Comico si fa menzione da Suida:

Alexis Thurius natus in Urbe Thuria, quae prius Sybaris appellabatur. Comicus. Docuit Fabulas 245. Fuit autem Filius Menandri Comici.

Il Barrio nelle Antichità di Calavria chiama Alessi Zio di Menandro Comico.

Fuit, & Alexis Sybarita Poeta Comicus Menandri Poetae Comici Patruus.

Credefi che questo sia differente de' due sopraddetti.

M E N E C R A T E

Mencrate fu un Poeta, di cui fa ricordanza Suida:

Mencrates. Comicus. Ejus Fabulae: Manethor, vel Hermioneus.

M E N E C R A T E S M I R N E O

Vn Menecrate Smirneo Poeta Epigrammatario trovasi nell'Antologia, e di lui leggesi questo bellissimo Epigramma

*Pueris e prioribus jam tertium in ignem Mater
Ponens, & ab insatiabili morte adflicta,
Quartum dolorem peperit: & non exspectavit incertas
Spes: in ignem verò vitulum posuit infantem:
Non nutriam, dixit: Quid enim amplius ubera morti
Laboratis? Luctabor dolorem minus laboriosum.*

M E N E L A O E G E O

Fu questo Menelao Egeo da Macedonia Poeta Eroico, e compose in dodici libri una Tebaida, e altre Opere, secondo Suida:

Menelaus Aegaeus Poeta Heroicus. Thebaidem scripsit XII libris, & Alia.

M E N I P P O F E N I C E

Scrivefi, che Menippo Cinico, di Patria, secondo Laerzio, Fenice, e di condizione, Servo, fosse stato non solamente Filosofo, ma ancora Poeta Compositore di Satire, e molti Componimenti composto, havesse giocosi. Dal Patrizi, e posto nel Secolo quinto de' Poeti, e porta di Menippo le due Opere citate da Ateneo; Il Simposio, e l'Arcefilao. Narrafi, che havendo acquistato molte ricchezze con usure, quelle havendo perduto, si fosse per disperazione impiccato, ne manca opinione, che alcune Opere, che di lui non furono, a lui venissero attribuite. Scrive Laerzio:

Menippus, & ipse Cynicus, Patria quidam Phoenia, conditione Servus fuit, ut ait Achai-
cus in Ethicis. Diocles autem Dominum ipsum Ponticum fuisse, Batonemque voca-
tum tradit. Cum vero pro cupiditate pecunia importunius peteret, Thebanus fieri vo-
luit. Edidit quidem dignum memoria nihil, ut ipsius Libri multo vssu referri sunt, non
secus atque Meleagri, qui tempore ejus fuit. Refert Herimippus daturum faenera-
torem fuisse, vocatumque ex re santem. Namque nautica usura
faenerari solere, & pignori accipere, ut pecunias complures cogeres. Tandem infi-
dias perpeffam omnibus privatum esse, ut p[re]matore laqueo sibi vitam extorsisse. Nos
autem iustissimus in eum hoc Carmine

Phenicem genere, sed Cynicum Canem dicitur unum faeneratorem,

Sic enim vocabatur, nosli Menippum forsitan, ut Thebis

Ille perforescebat olim, & omnia profigebat

Si autem canis naturam novisset, se suspendisset.


Quidam ejus Libros non ipsius esse, sed Diogeni, & Zopri Colophoniorum tradunt, qui
jocandi causa conscribentes velut censori idoneo dederunt. Fuerunt autem Menippi
sex: Primus, qui de Lydis scripsit, Xanthumque brevaviis, secundus hic ipse, tertius
Sratonicus Sophista, ex Caria oriundus, quartus Sculptor, quintus, & sextus Philo-
res, utrosque memorat Apollodorus. Cynici autem Volaminia XIIII sunt, ut dicitur in
Stameta, Epistola composita ex Deorum persona, ad Physicos, & Mathematicos, Gra-
maticosque, & Epicuri fetus, & eas, qua ab ipsis religiose coluntur Imagines, &
alia.

Suida scrivendo di Menippo dice, che andar solea con abito spaventevole da Furia,
afferendo andar, e venir dall'Inferno.

*Menippus Cynicus eo portento sa rationis proventus est, ut furialem habitum assumeret,
dicens se ex Inferis venisse inspectorem peccatorum, qua ab hominibus committerentur,
& se eo denno descensurum, ut hac Damonibus illic degentibus renuntiaret, &c.*

Ma Larzio di questo fatto non fa Autor Menippo, siccome s'è narrato, ma Menede-
mo:

*Menedemus Coloti Lampsaceni Discipulus fuit. Hic (ut ait Hippobotus) intantum pro-
digiöse superstitionis venerat, ut sumpta habitum Furie circumjiret, dicens speculato-
rem se ex Inferno venisse ijs qui peccarent, ut descendens hac ibi Damonibus renun-
tiaret, qua vidisset, &c.*



MENIPPO.



Quantunque il Patrizi del solo Menippo Cinico menzion faccia, chiamandolo Com-
ponitor di Satire, e Comico, con tutto ciò trovali un Menippo Comico distinto
dal Cinico in Suida:

Menippus, Comicus. Eius Fabulae sunt Cercopes, & Alia.

In Carlo Stefano anche con questa distinzion si legge, e'l Giraldi, dopo haver favel-
lato di Menippo Cinico, dice di Menippo Comico:

*Fuit, & alter Comicus Menippus, cujus in primis Fabula ea fuisse dicitur, qua Cercopes
inscripta est.*



MERCURIO TRISMEGISTO.



Di Mercurio Trismegisto son sì grandi le cose raccontate dagli Scrittori, che uma-
na Mente, o difficilmente può creder, ch'è sia stato nel Mondo, o che le cose rac-
contate di lui altrimenti sieno da quel che scritto si trova. Nella di lui persona
antichità di tutte le Scienze tutte; ma nella Filosofia, e nella Teologia pari non heb-
be in que tempi. Fu chiamato Trismegisto, tre volte Massimo, ne altro manco-
gli in Egitto, che Padratione de' Popoli. Coloro, c'han fatto menzione della di
lui Teologia non poco si son serviti di Suida, il quale scrive cosí:

*Trismegistus: Mercurius ter-maximus. Hic erat Sapiens Aegyptius. Flouit autem an-
te Rharadonem. Vocatus ante fuit ter-maximus, quod de triplicate locutus fuerit,
dicens in Trinitate unam esse Deitatem. Sic fuit lumen intelligens ante lumen intel-
ligens,*

lignis, & fuit, sumper mens, mentis lucida, & nihil aliud fuit hujus unitas. Et Spiritus omnia continens. Ex quo hunc non Deus, non Angelus, non ulla alia Essentia est. Omnium enim est Dominus, & Pater, & Deus, & omnia sub ipso, & in ipso sunt. Namque Servus, qui est undique perfectus, & facundus, & opifex in facunda Natura Puer existens N. L. & facundam aquam, aquam facundam fecit. His autem dictis, has precatus est. Obsecra te, Calum magni Dei sapiens Opus obsecro te vocem Patris, quoniam locus est primam, quoniam omnem mundum firmavit. Obsecro te per unigenitum Sermonem, & Patrem, omnia continentem; Obsecro (inquam) te Calum per haec omnia, propitium, propitium esto mihi.


Narrasti, che tra le altre sue Virtù, fosse stata quella della Poesia, e trovasti, che scritto avesse un Poema, in cui tratto de' Tremuoti. Alcuni Versi ancora leggonfi di lui; e l'Graldi intorno alla Poesia; e alla Scienza di questo grand' Uomo, portando l'altrui opinioni, non lascia di mentovarlo ne' Poeti. Sisto Sanese scrivendo della varia Sapienza degli Egiziaci, e dell'antichità di quella, porta non solamente la gran Dottrina, e summation del Trismegisto, ma ancora il numero grande de' Libri, da lui composti, servendosi nel raccontamento di Giamblico nel Libro de' Misteri degli Egiziaci:

Quarta, ac postrema Aegyptiaca Sapiencia pars spectat ad mores, ac politicam vivendi rationem, cuius leges, & instituta Lurinus in Mercurium refert, quem Graci Trismegiston, hoc est Ter maximum, appellant, quoniam, & Philosophus maximus, & Sacerdos maximus, & Rex maximus fuit, sub cuius nomine nunc extant Dialogi duo, Pimander, & Asclepius; in quibus ut admiratione digni de Deo, de Trinitate, de Adventu Christi, de ultimo Iudicio Oracula prouide, ut non Philosophus tantum, sed Propheta futurorum prouide videatur. Iamblicus in Libro de Mysterijs Aegyptiorum refert, hunc Aegyptium non solum Philosophia, sed & totius Aegyptiaca Sapiencia fuisse Auctorem, ac Principem, producit quoque testimonium Seleuci, & Menesii, veterum Auctorum, asserentium scripsisse eum de Aegyptiorum Sapiencia Libros triginta sex milia, & quingentos viginti quinque, in quibus, particulatim recensentur De Dijs Empyris Libri centum, De Dijs Aetherei Libri centum, De Dijs Caelestibus Libri mille, quorum plerique ex Lingua Aegyptiaca in Graecam translati sunt a Viris Philosophia non imperitis, & ob id Stylo Graeco videntur conscripti. Ex his Clemens in Sermo Sermonum scribit, aetate sua apud Aegyptios extitisse infra scriptos Libros, hoc est de Vniuersa Aegyptiorum Philosophia Libros viginti tres, De Medicina Libros sex, De Sacerdotibus decem, De Astrologia Libros quatuor.

Ampiamente poi si legge tutto ciò, che desiderar si può di Mercurio Trismegisto in Marsilio Ficino, che Interprete fu del Pimandro, narrando di Mercurio i Natali, la Dottrina, la Scrittura, le Azioni, e l'altre Cose:

Eo tempore, quo Moses natus est, floruit Atlas astrologus Promethei physici frater, ac maternus avus majoris Mercurij, cuius nepos fuit Mercurius Trismegistus. Hoc autem de illo scribit Augustinus, quanquam Cicero, atque Lactantius Mercurios quinque per ordinem fuisse voluit, quintumque fuisse illum, qui ab Aegyptijs Theus a Graecis autem, Trismegistus appellatus est. Hunc asserunt occidisse Argum, Aegyptijs prae fuisse ei que leges, ac literas tradidisse. Literarum vero characteres in animalium, arborumque figuris instituisse. Hic in tanta hominum veneratione fuit, ut in deorum numerum relatus sit. Templum illius numini constructum quam plurimum. Nomen eius proprium ob reverentiam quandam pronuntiare vulgo, ac temere non licebat. Primus annuensis apud Aegyptios nomine eius cognominatur, oppidum ab eo conditur, quod etiam nunc Graece nominatur Hermopolis, id est Mercurij Civitas. Trismegistum vero ter maximum nuncuparunt, quoniam, & philosophus maximus, & sacerdos maximus, & rex maximus extitit. Mos enim erat Aegyptijs (ut Plato scribit) ex philosophorum numero sacerdotes, ex sacerdotumque regem eligere. Ille igitur, quem admodum acmine, atque doctrina, philosophis omnibus antecesserant, sic sacerdos inde constitutus, sanctimonia vita, divinatorumque cultu, universis sacerdotibus praestitit ac demum adeptus regiam dignitatem, administratione legum, rebusque gestis, superiorum regum gloria obscuravit, ut merito terminus fuerit nuncupatus. hic inter philosophos primus, a physicis, ac mathematicis ad divinarum contemplationem se contulit, primus de maiestate, Dei demonum ordine, Animarum mutationibus, sapientissime disputavit. Primus igitur Theologia appellatus est auctor: eum secutus est Orpheus, secundus

antiqua Theologia partes obsidit. Orphi sacris initiatus est Aglaophemus Aglaophemo successit in Theologia Pythagoras, quem Philolaus sectatus est, Divi Platonis nostri preceptor. itaque una prisca Theologia ubique sibi consona, secta ex Theologis sex miro quodam ordine conflata est, exordia sumens à Mercurio à Divo Platone penitus absoluta. Scripsit autem Mercurius libros ad divinarum rerum cognitionem pertinentes quam plurimos in quibus pro Deo immortalis, quam arcana mysteria, quam stupenda panduntur oracula, nec philosophus tantum, sed et propheta saepe numero loquitur canitque futura, hic ruinam prædicit prisca religionis, hic ortum nova fidei, hic Adventum Christi, hic futuram judicium, resurrectionem, seculi, beatorum gloriam supplicia peccatorum. Quo factum est, ut Aurelius Augustinus, dicitur, peritiam ne Sydevum, ut revelatione demoustrantem prætulit; Lactantius autem illam inter Sibyllas, ac Prophetas, connumerare non dubitavit. Et multis denique Mercurij libris, duo sunt divini precipue, unus de Voluntate divina, alter de Potestate, & Sapientia Dei. Ille Asclepius, hic Pimander, inscribitur. Illum Apulejus Platonicus latinum fecit, alter usque ad hæc tempora restitit apud Græcos: an nuper, ex Macedonia in Italiam advectus diligentia Leonardi Pistoiensis, docti, præbique Monachi, ad nos pervenit. ego autem cum suis in horrationibus provocatus, à Græci lingua in Latinam convertere statuissem equum fore putavi Cosme, felix, ut nonnulli tuo opusculum tradidisset. Nam cujus ipsa aditus opibus, librisque affatis refertus, studiis græcis incubui, eisdem studiorum græcorum me deceat offerre primitias. Neque fecerit, opus tam sapientis Philosophi, tam piæ Sacerdotis, tam potentia Regis, dicere cuiquam, nisi ipse, cui dicatur pietate, Sapientia, Potentia, reliquis omnibus antecelleret. Est, autem (ut adscripta Mercurij descendamus) huius libri titulus, Pimander, quoniam ex quatuor personis, quæ in dialogo disputant, prima Pimandro partes attribuantur. Edidit vero Librum Ægyptij literis, idemque (Græcæ Lingua penitus) Græcis inde transferendo communicavit Ægyptiorum mysteria. Propositum huius operis est, de potestate, & Sapientia Dei differere. Cumque sint horum operationes geminæ, quarum prima, in ipsa Dei natura permanens, secunda paritatur ad externa, Quæ illa quidem mundum primæ æternamque concipit, hæc vero mundum secundum, temporalemque parit, de utrisque operationibus, deque Mundo utroque, Græcissima disputat: quid Dei potestas, quid sapientia, quo ordine intrinsecus concipiant, quo progressu exteriora patiant. Præterea, quæ producta sunt, quomodo se invicem habeant, quæ conveniant, quæve discrepent, quo denique pacto suam respiciant auctorem. Ordo autem voluminis est, ut in Dialogos quatuordecim distinguamus, usque primæ dialogi partes Pimandro dentur: Secundas teneat Trismogistus: tertiâ Esculapius. Quartum locum obtinebat Tattus. Intelligit ergo Mercurius in divinis Esculapium, ac Tattum erudite divina docere nequit, quæ supra natura sunt invenire non possumus, divino itaque, opus est lumine, ut solis luce solem ipsam intueamur. Lumen vero divina mentis nunquam infunditur anima, nisi ipsa, cetera Luna ad Solem, ad Dei mentem penitus convertantur. Non convertitur ad mentem anima, nisi cum ipsa quoque sit mens. Mens vero non prius fit mēs. Mens vero non prius fit, quam deceptiones sensuum, & phantasia nebulas deposuerit. Hac de causa Mercurius modo sensus, & phantasia caligines exiit, in aditum mentis se revocans: mox Pimander, id est mens divina, in hunc influit, unde ordinem rerum omnium, & in Deo existentium, & ex Deo manantium, contemplatur. Demum qua divino sunt numine revelata, ceteris hominibus explicat. Is igitur est libri titulus, id propositum illius, & ordo. Tu vero Cosme felix, lege feliciter, & diu vive, ut & diu Patria vivat.



M E R O.



Fu Merò castissima Donzella, e Poetessa; la qual compose un bellissimo Inno à Nettuno. Dal Patrizi è posta nel Secolo quarto de' Poeti; e'l Giraldi scrive di lei.

Fuit item, & Mero Puella, quæ Hymnum elegantissimum in Neptunum composuit.

Il Mazzoni in un Discorso di Dafni, o Litiarsi, in cui contendè col Patrizi, scrive, che Merò sia la stessa, che Mirò, e dopo haver portate più ragioni, conchiude:

Conchiudasi dunque in questo modo. Quelle persone si devono distinguere, c'hanno certo segno di distintione: Ma Mirò, e Mero non hanno certi segni di distintione: Adunque non son distinte: Soggiungasi, c'se non son distinte, adunque son la medesima persona.

Ecco

Ecco come io provo la mia conclusione fillogisticamente, e non sofisticamente, nel modo, che s'era immaginato il S.P. il quale voleva pure, ch'io haveffi concluso nella seconda figura con due affermative. Dico di più, che se Mirò, e Merò fossero state persone distinte, essendo nominate ambedue, da chi l'ha distinte per Poetesse, gran cosa sarebbe stata, che quelli Scrittori antichi e' hanno annoverate le Poetesse non havefsero messe l'una, e l'altra. E pur si sa che Antipatro nel primo dell' Antologia non ha nominata, se non Mirò, che Tatiano nell' Oratione contra le genti non ha fatta mentione se non di Mirò; ch' Eustasio nel secondo dell' Iliade, il quale numero tutte le Poetesse mentoate da Antipatro, e di più Theano, e Cariffena non ha nominata, se non Mirò. Adunque mi pare, che per queste ragioni molto probabilmente si possa dire, che Mirò Poetessa non s'isatrovata mai realmente distinta da Merò Poetessa.



MESOMEDE CRETESE.



Vissè ne' tempi di Adriano Mesomede Cretese Poeta Lirico, e in molta grazia di quel Principe, havendo composte le lodi di Antinoo dal detto Adriano amato. Scrisse altre Opere, e nell' Antologia leggonfi suoi Componenti. Trovasi in Suida questa memoria di lui:

Mesomedes, Cretensis, Lyricus, qui fuit Adriani temporibus. Ejus Libertus, vel ex principis Amicis. Scripsit in Antinoi laudem, qui Adriano erat in delicijs. Et alia diversa Carmina. Antoninus Sylla sepulchrum pervestigatum, ac repertum instauravit, & Mesomedi, qui leges citharedicas conscripsit, cenotaphium excitavit. Huic quidem hunc honorem detulit, quod & Cithara-canere didicisset. Illi vero, quod ejus crudelitatem imitaretur.

Giulio Capitolino nella Vita d' Antonino Pio scrive, ch' essendo à molti tolto il Salario, fu anche à Mesomede diminuito:

Salaria multis subtraxit, quos otiosos videbat accipere; dicens: Nihil esse sordidius, immo crudelius, quam si Rempublicam ij arroderent, qui nihil in eam suo labore conferrent. Unde etiam Mesomedi Lyrico Salarium imminuit.



METAGENE ATENIESE.



Di Metagene Ateniense Poeta Comico Leggonfi nel Catalogo d' Ateneo queste Opere: Aure, Turioperse, Mammacito, Mammacuto, Filotito. Nel Testo poi d' Ateneo, e nella stessa citazion di Metagene trovasi l' Opera di Mammacito in Aristagora:

Cenam ergo repetituros omnes cohibere se Daphnus jussit, prolatis ex Mammacytho Aristagora, sive Auris Metagenis.

E in altro luogo similmente si legge:

Quod ajunt Metagenes in Auris, & Aristagoras in Mammacutho.

Il Casaubono nelle sue Considerazioni sopra Ateneo, dove parla di Metagene, e di detta Opera Mammacito, scrive.

